Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Vox prophete beatum predicans elemosine largitorem. & de passione ac resurrectione xpi ⁊

BEATUS qui intelligit super egenum & pauperem. in die mala liberabit eum dns ⁊

Dns conseruet eum & uiuificet eum. & beatum faciat eum in terra. & non tradat eum in animam inimicorum eius ⁊

Dns opem ferat illi super lectum doloris eius. uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius ⁊

Ego dixi dne miserere mei. sana animam meam quoniam peccaui tibi ⁊

numero noscitur collocatus ⁊ qui calculus emundationi et purificationi frequenter aptatur ⁊

Conseruet dixit. idest inter mala saeculi perire non sinit. sed ad suam gratiam perducit ⁊ uiui proprie dicuntur. qui se xpiana fide non diuidunt ⁊ et beatum faciet. utique in resurrectione. cum eum in dextera collocabit. et in patriam beatorum ammittit ⁊ et non tradat in manibus. idest in potestates diaboli. qui credulitati nostre semper inimicus existit ⁊

Exclamat propheta pie trepidus. ut ip se misericordiam dni consequatur ⁊ Sana animam. omne enim peccatum morbus est animarum ⁊ quo crescente salus interioris hominis dissipatur ⁊

Beatus qui intelligit. idest ut etiam non petentibus pauperibus offerat elemosina ⁊ Nam qui petenti tribuit. bonum opus efficit ⁊ qui uero tacentem intellegit. beatitudinem sine dubitatione conquirit ⁊ quem dns liberabit in die malo. idest in die iudicii qui malus dies dicitur malis. quia peccatoribus tunc debita paena persoluitur ⁊

Opem ferat illi. hoc est adiutorium prestat illi. in lecto doloris. idest in infirmitate carnis. qui in delectatione suae quasi quodam lecticulo saucia tur ⁊ stratum eius corpus. hic prostrato accipitur ⁊ quod hic diuersis calamitatibus afflixisti. ut aeternae beatitudinis requiem consequatur. sicut factum est in iob ⁊